

L I T T E R Æ  
APOSTOLICÆ,  
QUIBUS INSTITUTIO,  
CONFIRMATIO,

*Et varia Privilégia continentur  
SOCIETATIS JESU.*



ANTVERPIÆ,  
Apud JOANNEM MEURSIUM.  
M. DC. XXXV.  
SUPERIORVM PERMISSV.

PAULI III.

7

PAULI  
III.

# PRIMA INSTITVTI SOCIETATIS IESU APPROBATIO.

*Cum restrictione numeri ad personas  
sexaginta dumtaxat.*

A N N O M. D. XL.



**P**AULUS Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini militantis Ecclesiæ, meritis licet imparibus, disponente Domino præsidentes; & animarum salutem, prout ex debito pastoralis officii tene-  
mur, sollicitis studiis exquirentes; fideles quoslibet, qui vota sua in id exponunt, Aposto-  
lici favoris gratiâ confovemus, aliasque desu-  
per disponimus, prout temporum & locorum  
qualitate pensatâ, id in Domino conspi-  
cimus salubriter expedire. Nuper siquidem Primi decem  
Patres So-  
cietaitis. accepimus, quod dilecti filii, Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Jacobus Lay-  
nez, nec non Claudio Iajus, & Pascha-